

Kraków, 6 grudnia 1411

Król Władysław [Jagiello] informuje władców duchownych i świeckich, miast i rycerzy, że zakon krzyżacki bezpodstawnie oskarża go o łamanie postanowień wieczystego pokoju [tj. pierwszego pokoju toruńskiego], oczernia jego imię, insynuuje zawieranie sojuszy z poganami i bezprawnie wstrzymuje wypłatę należnych Polsce pieniędzy. Król ze swej strony wypełnia wszelkie postanowienia traktatu, wzywa, aby nie dawać wiary oskarżeniom ze strony krzyżaków.

Kop.: GSPK, XX. HA, OBA, nr 1598: 1. pap., łac., wym. 294 × 213 mm, stan dobry, zaplamienia, ślady po zgięciach, podklejony; na odwrocie trudno czytelna współczesna adnotacja: Regi Polonie querimonia contra (?) Ordinem et fatetur non felix (?) fecisse oraz stara sygnatura; 2. pap., łac., wym. 185 × 224 mm, odpis przesłany przez nieznanego nadawcę do Malborka; in dorso adres: Syme lieben vettern Nicolao Birken (?); pod adresem zamykająca list pieczęć o śr. 25 mm (wosk przez papier), ośmiokątna kustodia 25 × 28 mm, na miejscu, pismem z pierwszej ćwierci XV w. notatka: Littera regis Polonie per quam se excusat et Ordinem incusat, recepi igitur dominicam sub octavas Epyphanie etc. [10 stycznia 1412], nowożytna notatka o dacie rocznej i miejscu wystawienia listu.

Wyd.: CDL, s. 150–151.

Reg.: CEV, nr 488 (z błędną datą 31 grudnia 1411); RHD 1/1, nr 1598.

Uwaga: Edycję oparto na kop. 2.

Universis et singulis principibus spiritualibus et secularibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, communitatibus civitatum ac earum rectoribus | et omnibus christiani religionis cultoribus cuiuscunque status, condicionis aut eminencie extiterint, ad quos presentes pervenerint Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. salutem | et perfectam in Christi amore caritatem. Reverendissimi in Christo patres et preclari principes ac famosi et nobili prudentesque viri! | In eo totam devocionem nostram exponimus, in eo semper preces humiles Creatori nostro efundimus, ut nos in pace optatata et tranquillitatis dulcedine cum domesticis fidei ac Christiane religionis cultoribus conservare dignaretur, obquod sencientes, quanta turbata pace in fide orthodoxa occurrunt incomoda Auctorem pacis in pace colere zacagentes postpositis omnium gwerrarum, disturbiiis contencionum discriminibus et periculosis litium dispendiis omnium displicenciarum et controversiarum materias inter nos et dominos Cruciferos de Prussia alias currentes et exortas cum summa deliberatione et tanta maturitate per pacis perpetue federa ad plenam et perfectam, Deo nobis propicio, reduximus unionem, quam inviolabiliter tenere decrevimus omnimo et servare. Et hoc eisdem dominis Cruciferis de Prussia omnia promissa nostra efficaciter implevimus et constanter preter pauca, que propter brevitatem temporis impleta non fuerunt, implebuntur tamen brevissime Domino adiuvante, que eciam propter non adimplecionem non sunt fracta neque in aliquo violata, ex quo pro implecione ipsorum tempus aliquod non fuit limitatum. Sed in hoc quilibet racione fruens nostram potest considerare iniuriam, quia datum est nobis pro re certa intelligi, quomodo ipsi domini Cruciferi stante inter nos tam constanti et tam sincera unione, quam nullis subterfugiis nullisque evasionibus sperabamus violari, ad queleras tam graves et tam inopinatas contra nos proruperunt nobis priorum viciorum culpas impingentes. Nam ut ad noticiam nostram deduciter dicunt et asserunt, quod nos promissa nostra ipsis non observassemus et quod in destructionem ipsorum cum paganis contra ipsos armaremur, in quo nobis non tantam, quantam Creatori nostro faciunt iniuriam, ex quo talibus turbitudinibus, que in cor nostrum non possunt descendere, famam nostri nominis more solito contra iusticiam denigrant et obfuscant. Postquam enim perpetue pacis cum ipsis firmavimus unionem mox et incontinenti ipsis terras, civitates, castra, dominia ac possessiones tempore gwerrarum sub eis acquisitis reddidimus et

restituimus, similiter omnes principes, comites, barones, milites, nobiles et clientes, quos in captivitate habuimus ab eadem captivitate liberos dimisimus et solutos et alia complevimus, que tunc compleri potuerunt. Ipsi vero vias nostras nolentes cognoscere voluntatemque ipsorum in aliam vertentes qualitatem querelas ipsorum excogitatas adversus nos emisere et occasione iniusta erga nos adiuventa promissa ipsorum nobis facta violare non verentur. Sic quod pecunias nobis debitas in terminis deputatis non solverunt, ubi duplica plaga nos puniunt, nobis magnam facientes iniuriam: primo dicentes, quod ipsis non servaremus pacta nostra et aliud, quod nobis ob hoc pecuniam nostram solvere protraxerunt. Et ut intelligimus gwerras iterum nobiscum intendant renovare, quas nos teste nobis Altissimo libenter, quo adusque vivimus, vellemus devitare. Ideo petimus vestram sinceritatem, quatenus eisdem dominis Cruciferis in hiis, que nobis taliter obiciunt, fidem nolitis apponere, quinimo ipsos petimus ad huc teneatis, ut nobis promissa ipsorum teneant et observant. Datum Cracouie sexta die mensis Decembris anno XIII^C XI^{mo}.

Ad relacionem domini Nicolai Halicensis archiepiscopi, | Regni Polonie vicecancellarii¹.

¹ *Mikołaj Trąba, pisarz królewski od 1390, prałat i kanonik licznych kapituł, podkanclerzy Królestwa 1403–1412, arcybiskup halicki 1410–1412, arcybiskup gnieźnieński 1412–1422 (T. Silnicki, Arcybiskup Mikołaj Trąba, Warszawa 1954; UC, s. 106, 210; Sulowska Dokumenty, s. 264–266; Krzyżaniakowa Kancelaria, s. 39–43, zob. też Mikołaj Trąba – mąż stanu i prymas Polski. Materiały z konferencji, Sandomierz, 13–14 czerwca 2008 roku, red. F. Kiryk, Z. Noga, Kraków 2000).*